



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

4. De beneficio Vocationis ad Fidem Catholicam

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

De beneficio Vocationis ad fidem  
Catholicam.

CONSIDERA non prodesse nobis, bene-  
 ficiū redemptionis, nisi subsequatur  
 beneficiū vocationis ad veram fidem, &  
 iustificationem. Sicut enim emplastri  
 nullus est vsus, si non applicetur vulnere,  
 sic nec passionis Christi in nobis vlla se-  
 quitur vtilitas, nisi per fidē & sacramenta  
 fidei nobis applicetur. 2. Considera, sine  
 peculiari ope & auxilio diuino neminem  
 vocari ad veram fidem. *Nemo potest venire Ioh. 6.  
 ad me, inquit ipse Christus, nisi pater meus  
 traxerit illum.* Sicut enim lapis natura sua  
 semper cadit deorsum, nec potest tende-  
 re sursum nisi auxilio externo, sic homo  
 propter peccati corruptelam semper in-  
 clinatur in amorē rerum terrenarū, nec  
 potest ad amorem cœlestium mentem e-  
 rigere, nisi dextera excelsi adiutus.

Considera quot millia non dico homi-  
 num, sed nationum infidelium & hæreti-  
 corum ab initio mundi, & ante Christum,  
 & post Christum, ac etiam hoc seculo  
 iusto DEI iudicio hanc necessariam  
 data.



ad salutem vocatione consecuti non sunt  
 ac promissa perierint & perierint in  
 delitate, vel haereticis. **Cognita**, quid de te fa-  
 ctum esset, si inter Ethnicos natus esses, si  
 ligna & lapidas adorasses. Deinde si he-  
 ticos parentes, cognatos, patriam habu-  
 ses. Vide quantas gratias debeas Deo tuo,  
 quod in tanta reproborum multitudine  
 voluerit te inter domesticos Ecclesiae tuae  
 Catholicae Romanae nasci, lacte Aposto-  
 lorum nutiri, & sanguine Christi inebriari.  
 Quo voluerit te per sacrum baptismum, ren-  
 sci, filium Dei, & vitam aeternam herede fieri.

**Considera**, quot milia Christianorum  
 sint, qui per veram fidem in Christum &  
 baptismum, a peccatis & damnatione a-  
 terna quidem sunt liberati, & divinae gra-  
 tiae & amicitiae restituti, sed tamen postea  
 vel in haeresim, vel in gravia peccata ab-  
 ipsi sunt, ex quibus non emerferunt, nisi  
 tem toties relapsus, & naufragium pas-  
 sus, arrepta poenitentiae tabula ad portum  
 salutis redieris, quam patienter recum-  
 pe Deus egerit, quod vel gravia peccata  
 committentem, vel diu in illis haere-  
 tem, & non dolentem, imo alios etiam  
 ad illa sollicitus sustinuerit. Quod in me-  
 dio peccatorum multas saepe inspirationes



pias suggesserit, & ad respiscendum vocaverit eum, qui nil aliud faciebat, quam quod vocantem offenderet. Quod denique clamore tam alto vocavit, ut non secus, quam Lazarum a morte ad vitam revocavit, ac tanta gratia ornavit, ut etiam sua esset & concundum a pristinis peccatis abstinere, & Deo servire.

MEDITATIO VI.

*De beneficiis peculiaribus, cuius propriis.*

CONSIDERA, si quae peculiariter a Deo beneficia tibi tota vita tua contigerint, quae non sunt aliis, etiam Catholicis, inter quos vixisti, communia, siue sint naturae fortunae, siue gratiae. Naturae & fortunae esse possunt haec: Quod infans non sis in utero materno extinctus. Quod non sis natus ex parentibus infamibus, illegitimis, hereditario morbo infectis, corpore vitiatum, magis & veneficis, mendicis, latronibus, aliisque nebulonibus. Quod a parentibus piis ab infantia educatus, & ab eisdem pedagogis magistrisque catholicis ac probis traditus instruendus. Quod seueriora disciplina domestica, & scholastica, & a societate petulantium lasciuorum.

Ecce que